

Ms. 528, 49.

B. M. II



A D

SOLLEMNIA ANNIVERSARIA

Q V I B V S

PRIMAM PHILOSOPHIAE

E T L. L. A. A.

L A V R E A M

DECEM OPTIMAE SPEI

C A N D I D A T I S

PROXIMA SAT. D. XIX. DEC. H. IX. MAT.

PUBLICICE COLLATURVS EST

PHILOSOPHORVM LIPS. ORDO

HVMANISS. INVITAT

EIVSDEM H. T. EXDECANVS

IO. CHRISTOPH. GOTTSCHED

QVAEDAM

DE ANTIQVA VERSIONE THEOTISCA

MAGISTRI TANCREDI

PRAEFATVS



18. III. 1798

615 228 42

UNIVERSITÄT
HALLÉ
M A R T I N
L U T H E R
O R D E N





Q. D. B. V.

Inter Monumenta antiquiora Theotisca, leges etiam Germanorum vetustas referendas esse, nemo rerum harum curiosus ignorat. Ius enim Provinciale allemannicum, quod sub *Speculi Suevici a)* nomine notius est, et Ius Saxonicum provinciale, quod *Speculum Saxonicum (den Sachsen-spiegel)* vocandum sibi esse censuit Auctor, ECKO DE REPKOW, ejus sunt antiquitatis, ut ad XII. Saeculum origo eorum referenda sit. Non fert instituti mei ratio, ut omnes venerandi hujus Codicis Editiones in medium afferam: quatuor tantum enumerabo, quas in libraria supellestile qualicunque reperio, ut antiquiores, ita minime vulgares. Prima earundem sub hoc rubro prodit: *Sachsenspiegel mit viel neuen addition sampt Landrechts vnd Lehnrechts richtsteige.*

A 2

Item

a) Saepius typis excusum prodit opus hoc antiquissimum. Praeter tres enim, quae statim post inventam artem impressoriam, sine anni et loci mentione prodierunt editiones, quas describit SCHERZIVS in praef. Iuri huic Allemannico T. II. Thesauri Schilteriani inserto, praemissa, p. 5. quarta prodit *Hupsuffiana*, Argentinae A. 1507. Exceperant hanc postea repetitae saepius MEICHSNERIANAE,

donec majori cura, ex collatis inter se MStis Codicibus quam plurimis, Kraftiano praesertim, novam pararet Celeb. SCHILTFRVS: qui licet operi immortuus esset, in Clariss. SCHERZIO tamen executorem quasi ultima voluntatis invenit diligentissimum. Prodit enim ultima haec optimaque Speculi Suevici editio A. 1727. in *Thes. Antiqui. Teuton. Schilteriani*, Volume II. Vlmae in fol.

*Item vil Vrtbeilen der werden Schoepffen zu Magdenburg in dreu Bü-
cher geteilet, mit iren registern den rechtübenden gar nützlich zu wis-
sen. In fine leguntur sequentia: Also ist seliglichen vollend diser Sach-
senspiegel, mit seinen Addicion vnd Richtsteigen, in der Kayserlichen
Statt Augspurg durch Silvanum otmar gedruckt in verlegung und Ko-
sten des fürsichtigen Herrn Johann Rynman von Oringen, Teut-
scher Nation namhaftigsten Buchfürer sambstag nach Georgii, als man
zēlet nach Christi geburt Tausend Fünfhundert sibentzehne.*

Multa singularia exhibet Editio hæc, alio forsitan loco aliquando
describenda: licet textum ipsum minus accurate exhibeat, multoque
correctiorem sistat sequens, hunc præ se ferens Titulum:

*Sachsenspiegel, corrigirt aufs New, nach dem Inhalt der alten
Waren, Corrigirten Exemplare vnd Texten, gedruckt zu Leipzig
durch Nicolaum Wolrab Anno MDXXXIX. in fol.*

Editor hujus libri præfationi demum subscriptus apparet, Benno
Heynitz, der Rechte Doctor, Thumberre vnd Custos des freyen Stifts
Meissen: qui, collatis pluribus Codicibus MStis, multis in locis Tex-
tum, incitiam et incuriam librorum misere corruptum, restituisse se pro-
fitetur. Quod, licet verum esse, vel ipsa cum illa antiquiore col-
latio, satis doceat; in eo tamen errasse videtur Editor diligentissimus,
Codicibus, quos contulit manu scriptos, tempore *Ottonis Magni* exa-
ratos fuisse (*). Quomodo enim Liber, XII demum Sæculo, *Fride-
rico I.* habenas Imperii tenente, conscriptus, *Ottonis I.* tempore, i. e.
X Sæculo vigente, descriptus esse queat, sine anachronismo palpabili
nemo facile intelligat: nisi forte Edictum hujus Imperatoris, sive
privilegium civitati Magdeburgensi concessum, quod Iuris Saxoni-
ci,

(*) Sic enim stant verba ejus in
Præf. *hab ich mich dermahl un-
ermunden, muglichen fleis angekart,
dis aus den eltesten vnd seer vil alten-
beuprbuchern vnd wahrhaften Ex-
emplarn, so bey des grosmechtigsten
Keyfers Ottonis des grosen, gezeiten
geschrieben sind, mit fleis uberschen,
corrigiert &c.*

(**) Antiquissimum eorum sine du-
bio sequens est, quod sub titulo: *Hie
bebet an ein Oranunge des gerichtis
kurz begriffen, das durch sich ein*

*yeglicher vor dem gericht behelffen
vnd verdedingen mag. gedruckt zu
Straßburg vom Mathis Hupfuff, als
man zalt M. CCCC. vnd VII iar.
in 4. prodiit; quod Bibliotheca Paulina
asservat.*

2) Sequitur hoc, *Teutscher Process,
weltlichs Burgerliches Rechtens mit
allen notturrffrigen Formen der Kla-
gen, antworten &c. durch Fridrichen
Stumpbarten vilherigen Archigram-
mateum versamlet vnd vffsgan. Tu-
bingen bey Morhard 1541. Hunc li-
brum*

nici, Weichbildique Magdeburgensis Editionibus additum invenitur, pro genuino habere velit; in quo tamen dissentientes habebit rerum harum iudices competentes quamplurimos. Vid. *Chron Gottwic.* T. I. L. III. p. 490. 491. item L. I. in Ottone M.

Tertia editio, qua utor, illa est, quam Ao. saec. decimi sexti LX. ex schedis *Christophori Zobelii*, ut morientis mandato morem gereret, edidit *Georgius Menius*; saepius postea iterata, quippe praerogativis suis minime destituta. Quarta denique prodiit Lipsiae A. 1572. sub titulo: *Das gantze Sechsische Landrecht, mit Text und Gloss in eine richtige Ordnung gebracht, durch D. Melchior Klingen.*

Verum non attinet jam, de notissimo hoc veteris Linguae Theotifcaë cimelio plura commentari: adeat cui penitus idem nosse lubet, recentissimam ejus editionem, A. hujus Saec. XXX. ab illustri Conf. Imper. Aulico, Dno. DE GAERTNER, maximo olim Academiae nostrae ornamento, multa cum industria adornatam.

Nihil moror etiam Jur. *Feudalis* Saxon. editionem, ab eodem *Zobelio*, sub tit. *Sechsisch Weichbild und Lehnrecht*, A. 1537. paratam; aliaque plura, ad Iura Germaniae publica spectantia volumina, a *Goblero*, *Meichsnero* aliisque (*) in publicum emissa. Animus enim est, Manu exaratum codicem quendam describere, quem inter plura alia antiquitatis Theotifcae monumenta asservo, cujusque mentionem a nemine adhuc factam esse, deprehendi.

Volumen est chartaceum formae maximae, corio extrinsecus contextum, asserbis utrimque fortioribus munitum. Chartae mediocris magnitudinis, candidae tamen et durabili, ita inscriptus visitur textus, ut marginem undique splendidum trium quatuorve

A 3

brum etiam Paulina nostra asservat; cui junctus est alius,

3) *Gerichtlicher Process*, cui Titulus plenior deest, in fine saltem locus et Typographus legitur: *Gedruckt zu Ingolstadt durch Alexandrum Weyssenborn, sine mentione anni.* Praecedentis tamen editionem recentiore in mea quoque suppell. libr. de A. 1567 asservo, sub tit. *Deutscher Process &c. Gedruckt zu Eisen durch Urban Glaubisch.*

4) *Des heiligen Romischen Reichs*

Ordnungen. Die gulden Bulla, aller Reichstag Abschiede &c. Erklarung des Landfriedens &c. Gedruckt in Meynz durch Iwonem Schaeffer im Jahre 1543. fol.

5) *Der gerichtlich Process aus geschriebenen Rechten und nach gemeinem im Heyligen Reich Teutscher Nation gebrauch und ubung &c. durch Herrn Iustinum Goblerum. Gert. Frankf. am Mayn bey Egenolfs Erben 1562. fol.*

6) *Practica und Process peinlicher Halss-*

digitorum relinquat; notis tamen subinde marginalibus^m impletum. Scripturae character satis elegans, paucis syllabarum vocumque compendiis utens, talisque est, qualis sub finem Sæculi XIV. vel XV. initium, in usu fuit. Idem stili dictionisque ratio confirmat, uti ex Speciminibus postea subjungendis patebit. Numeros nec paginarum nec foliorum ullibi invenias; trium digitorum crassitiam tamen æquans Volumen, ducentis sexaginta septem constat foliis, quorum ultima tria indicem Titulorum, sive capitum Libri complectuntur. Ceterum et scripturae limites, ubique quadratis oblongis, æqualis dimensionis continentur; et initiales Capitum literae, una cum inscriptionibus, rubro colore elegantissimo superbiunt. Codex ubique integer, probe conservatus nitidusque apparet; excepto initio, sive pagina prima; quae eundem cum reliquis chartae candorem, manibus sæpius tractata, vel ab aere humidiori forte offuscata, minime ostendit.

Inscriptione, sive Titulo majori et ornatori, quum careant Codices MSti veteres, hic etiam meus nihil tale exhibet: praeterquam quod paginae primae fronti, a manu recentiori, satis antiqua tamen, atramentoque diverso plane, inscripta legantur haec verba:

Ain unverständig vertewschung Tancreti.

Ridicula utique est inscriptio Codicis a recentiori manu hac profecta; quippe quae Translationem obscuritatis, immo stultitiae fere arguit: si vocabulum *unverständig*, in hodierno significatu accipere fas est. Demus tamen, non nisi prius dicere voluisse auctorem ejus, id quod hodie per *unverständlich*, *inintelligible*, exprimere primum esset: id tamen exinde colligitur, codicem nostrum, jam tum ubi haec manus dicam ipsi scriberet, satis antiquum, versionis autem dictionem intellectu difficiliorem visam esse, immo intelligi prorsus non potuisse. In quo quidem insigniter errasse judicem hunc rigorosum,

ex

Halbsgerichts Ordnung aus Kaiserlichen, geistlichen, weltlichen und Sechsfischen Rechten &c. durch Magistrum Heinrichen Rauchdorn von Erfurdt, etwan des meißnischen Bisthums Canzlern &c. Budissin 1564.

7) *Kaiserlich und kœniglich Land und Lehnrecht, Satzungen Sitten und Gebreuch, wie die unsere teutsche*

Vorfahren lang wol herbracht &c. Durch Sebastian Meichsner der R. Doctor. Frf. am M. 1566. fol.

8) *Auszug Handbuch und Kaiserlicher und Burgerlicher Rechten in sechs unterschiedlichen Buchern &c. durch Constantinum Hermanopolum, der Rechten Verfässern in Thessalonic, beschrieben; ins latein durch D. Bernh.*

ex Speciminibus mox adducendis patebit; ubi praefationem glossatoris, fronti marginique adscriptam aliquatenus illustraverimus.

TANCREDI, Iureconsulti, nomen intuentibus, rerumque juridicarum non profus ignaris, facile succurret, fuisse eundem genere Hetruscum, Archidiaconum Bononiensem, qui Decreti Glossator vixit circa A. Chr. MDCCXX: uti docet Panzirollus, de clar. L. L. interpret. L. III. c. 4. Tractatus autem praefens, *de Iudiciis, seu ordine judiciario*, quem germanico idiomate donare visum est Translatori nostro, prodiit typis excusus Argentorati 1545. in 8vo; repetitus postea in Tractatus Tractatum Edit. III. de A. 1584. T. III. P. I. N. VIII. Patet hoc ex verbis, lateri majoris litterae initialis in margine adscriptis: *Anhebt sich die Ordnung der Gericht magistri tancreti*. Ita autem fluunt verba praefationis supra memoratae:

Seit ain mal vnd (sowohl) die gerichtlich Ordnung und (als) die mass fur sich zefarn in den sachen vnerkentlich und langksam durch mancherley volumina des rechttes von manigen geben wirt, Maister tancretus von bett () wegen etlicher seiner Gefellen ein Buchlin gesetzt hat in dem er die Ordnung der Gericht vnd die Mass fur sich zefarn in Sachen kurtzlich erklet hat, durch das offenbar wirt was der Titel sey, was der Fursatz sey in seinem buchlin vnd was die Materie sey. || Aber die Mass fur sich zefarn in seinem buchlein ist ein solche was er tailt sein buchlin in vier tail || In dem ersten vollendet er von den personen die da haben in gericht zesten || In dem andern vnderweist er den richter und anklagern und schuldner in den die da vordend die bezcugnisse des kriegs || Im dritten volendet er von bezcugnisse des kriegs vnd von den die da nachfolgen im gericht hintz (*) dem volendten vrtail || Im vierten von den volendlichen vrtailen vnd ir ervolgung vnd einsetzung ze ganzzer hab vnd von appelliren erklet &c.*

Ex

Bernh. von Rey, vnd irzo durch Justin Göblern in gem. teutsche Sprach verwardlet &c. II Aufl. Frf. am M 1566. fol.

9) Tandem Peinliche Halsgericht Ordnung des alledurchl. Großm. vnderberm. Kaisers Carols des Fünften &c. Frf. am M. 1569. fol.

(*) von bett wegen, precibus indutus, hodie Bitte. Sic autem an-

tiqui fere omnes c. g. initio Speculi Saxonici:

Nun danckt alle gemein,
Dem von Falckenstein,
Der da ist graf Hoyer genannt,
Das in teutsch ist gewant,
Diss buch durch sein bet,
Eck von Repkau es tet &c

(*) Hintz i. e. donec, usque ad,

Ex hoc procemio satis, ni fallor, patent contenta libri, propositum Auctoris, Methodusque tractandi; licet haec omnia vel ex textu latino, Iurium peritis satis innotescere possint, immo potius innotuerint dudum. Id autem mireris, nullum hic apparere vestigium, quis procemii hujus fuerit auctor: an scilicet ab ipso Libri translatore, an ab alio quodam Iuris amatore profectum sit, qui Glossas etiam addendas esse credidit; uberiores circa libri initium, parciores versus medium, parcissimas versus finem. Percurrens easdem summo cum studio, frustra tamen vestigia ejus quæsi; modestia quippe nimia operam, libro tunc utilissimo, adhibitam, suumque nomen contegente, nobisque de sæculo, quo vixit, omne fere iudicium prohibente. Id tamen ex latinismo, initio procemii statim occurrente, ubi latina connectendi formula *et, et*, per *und, und* reddita est; cum per *sowohl, als* reddenda fuisset, colligo: ex latino idiomate Glossas etiam hasce marginales translatas esse.

Sed versionem textus videamus tandem; ut de stilo Translatoris iudicium securius ferre valeamus. Et primo quidem initium libri, tum titulos totius codicis, et tandem conclusionem ejus in medium afferamus, quantum ejus proposito nostro conducere videbitur. Sic initium voluminis fluit:

Mit emsiger begerung mich mein allerlieb gesellen iccz verlang ze volfiern euch gestiffen habt, das ich das puchlin des ordenlichen rechtes in dem der anklager ze wirken, der schuldig ze beschirmen und der richter ze hoeren bewarn und ze volenden die sache mügen vnderweist werden ewer lieb zusamen seczte || Aber ewer begir ich begern in genug zethun mir ein gross ding aber ewch und den andern ein fruchtpere ich zugen und fur mich nim das am ersten Richardus () ein engellender zu einem exempcl ettliche zamengelesener lere das weltlich gesacz und gaislich ordnung mit gewisser pey geschrift einzetragen undt oft paid tail in besundern artiklen zesagen gehandelt und geschriben hat || Darnach Pillius (**) von Modana ein recht seczer und aufschertlicher (***) Weyser Doctör nach weltlicher ordnung doch wenig geistlich regel*

bis. Sic Ottocarus ab Horneck a R. P. Pezio in Script Austr. T. II. publicatus, aliique plures passim.

(*) De Richardo hoc Panzirolus l. c. p. 310 memorat fuisse Episcopum

Cicestriensem in Anglia, postquam septennio Bononiae juri operam dedisset, admodum pauper. Tres enim in eodem cubiculo degentes unum tantum capitium habuisset, et duobus Domini manentibus, tertium per vices caput

gel mich ein zetragen zeschreiben ainer summe volbracht hat den ich von seiner weishait vnd lere in vil mich schik nachzefolgen nemlich in den Sachen, die man volsiern soll nach weltlichem rechten in gaisstlichem gericht vnd da die gesacz den heiligen regelen nit widerstreben. || Aber in den andern weltlichen gesaczzen ze vorgehen die heiligen regeln das ich den begernden nach gesacz gaisstlicher regel mich sorgfellige ze erfüllen || Darumb so ich angeruffet hab den namen des herrn iesu christi vnd sein hulf gebeten hab zu dem vorgeannten tractat ich zunache (****).

Hæc, quemadmodum præcæmium Auctoris absolvunt, ita sufficere possunt, ad stilum Translatoris germanicum aliquatenus dijudicandum. Latinismis eum scaterere statim perspiciet, qui genium vernaculæ nostræ, aliquatenus novit; in verbis etiam novis subinde ferendis minus timidum fuisse auctorem, in oculos facile incurrit. Antiquitas tandem sermonis ex constructione, formatione et orthographia verborum ubique colligitur; ita ut non vano augurio ad XIV. Sæculum superius retulerim operis hujus translatores: nisi forte XIII. jam sæculo vixisse putandus est; renovatus postea ad recentioris sæculi genium a librario, pro more veterum.

Possent jam ex integro opere terminos quosdam juridicos, sive forenses colligere, quos noster, non latinos, pro more Ictorum, caudicorumque hodiernorum, adhibendos, sed theotisce transferendos esse credidit. Sic enim eo melius appareret, non deficere vernaculæ nostræ vocabula, sed satis divitem eorum messem exhibere arva ejus, inde ab antiquissimis temporibus culta; in scriptis præsertim Ictorum Sæc. XVI. qui germanico idiomate jura nostra pertractarunt. Verum idem me consequuturum existimo, si Titulorum, sive Capitum singulorum inscriptiones, in medium attulero. Ex iis enim satis patebit, non incommode multa ab eo reddita esse, quæ vel prorsus transferre verentur Icti nostris, vel minus commo-

phit illo textum ad audiendas lectiones exiisse.

(**) Hic sine dubio *Pileus* ille est, qui sub Friderico I. Imp. Bononiæ docens, primus glossas in feudorum li-

brum conscripsit, Vid. Panz. l. c. p. 520. 521.

(***) *Egregius*, e Grege exemptus, ein aus der Schaar genommener.

(***) *Appropinquo*: ich nähere mich hinzu.

X

de translata a superioribus retinent. E. g. *Contestationem' litis*, multi germanice die *Kriegsbefestigung* reddere solent. At, quanto melius noster, supra in glossarum prooemio, idem per *Die Bezugnis des Krieger* reddit! Multo meliorem enim sensum absque dubio fundit, die *Kriegsbezeugung*, quam usitatum illud: praecipue, quum *testari*, vel *contestari*, nulla ratione per *befestigen* explicari queat. Plura ejusmodi in sequentibus sponte se offerent Lectoribus.

Anheben sich die titel uber die Ordnung des Gerichts Magistri tancereti.

Das erst tail.

Von den personen die im gericht sten
sollent.

Von der Ordnung der gericht.

Von der Vstailung des ganczen buchs.

Von dem geordneten gericht.

Welcher ein richter seyn müg.

Vom ampt eines yegklichen richters.

Von dem gesanten richter oder nder-
gesanten (judex deleg. vel subdel.)

Von den schiedrichtern.

In welchen nderchied sey zwischen
dem gericht vnd schiedgericht.

Von den zussassen vnd von iren ampten.

Von den verhörern vnd iren ampten.

Von den fursprechern vnd iren ampten.

Welche person vnd wie vil in rechten
oder gerichtten notturfzig seind
vnd am ersten von den procurato-
ren.

Vom ampt der procuratoren.

Von der macht der procuraczey.

Von dem syndik vnd actoren die die
sache einer mengin oder samlung
fürlegen vnd klagen.

Von dem Ampt eines syndici vnd be-
schirmers vnd des procurators oder
actors.

Das ander tail.

Welches gericht der anklager zu gen
soll.

Von der mass des zugangs zu gericht.

Von der ladung vnd manung zu ge-
richt oder rechten.

Vom widerspenstigen schuldner

Von vuszugen vnd eintrag, die man
nent haspeltrecht.

Von den einträgen des anklagers.

Von widerruffung.

Von macht der widerruffung v. recht
verwerffung.

Von misseraten vnd wie man klagen
soll wider die misstätzlichen.

Welcher den misstätzlichen verklagen
müg.

Von der formirung des klagbuchs das
dem Schuldner gereicht soll werden.

Vom buch der verklagung.

Vom buch ains gedings.

Vom buch der widerpringenden
besizung.

Vom buch der oberkomenden oder er-
kriegtten besizung.

Vom buch der beschirmet werden be-
sizung.

Vom buch der nderziehung der
güter in habender klag.

Vom buch nachhabender klag.

Vom genugthun der klag oder des an-
klagers.

Vom genugthun des schuldners.

Vom genugthun des procurators des
anklagers.

Vom genugthun des procurators des
schuldners oder schuldigen.

Von der macht des genugthuns.

Von den fristungen oder verlengung
der zeit wie di ze geben seind.

Von den appellirenden fristagen.

Von

Von den usrichtenden oder ervolgen-
den oder gerichtlichen fristagen.
Von den feyren oder vffgeschoben tagen
Von widerfoderung oder widerrech-
ten oder wiederred.
Wan widerred geschehen soll.
Von zuwallenden klagen.
Von fragen die da geschehen vor be-
zeugtem krieg.

Das drit tail.

Von bezeugung des kriegs.
Von dem aid des freuels.
Von fragen nach dem aid des freuels.
Von dem verjehenden in rechten.
Was recht sey so der schuldig laugnet
Von den zeugen im gericht.
Wie vil zeugen in ainer yegklichen
sach genug seind.
Wann und wie die zeugen fur ze wen-
den seind.
Welchen aid die zeugen tun sullen.
Von der offenbarung der zeugen.
Von verwerfung der zeugen.
Welchen zeugen der glaub ze geben
sey vnd wie vil.

Von den instrumenten vnd gelauben
der instrument vnd brief vnd insigel.
Von furnemunge oder fursacz.
Von erzelang.

Das viert tail und leczst.

Von dem volentden vnd verscribenen
vrtail.
Welches vrtail nach recht vernichten
sey.
Wie das krefftig vrtail erhebt werd
vnd abgeschniten.
Von der vsrichtung vnd ervolgung
des vrtails.
Von appellirung.
Vom ampt des appellierens.
Von widereinsezung ganczer hab.
Welcher vndern müg wider einsecz-
ung ganczer hab.
Wie wider einsezung ganczer hab ze
vndern sey.
Wann die guthait gepurlich sey.
In welcher zeit sye ze vndern oder ge-
schen soll.
Welcher ze ganczer hab einsezen müg.
Was die macht sey einsezung
ganczer hab.

Hos libri titulos sequuntur in fine Tituli, secundi Decretalium, lati-
ni, germanice reddit; tandem vero libri Quotationum i. e. Libri citati
per scripturæ compendia, hic uberius explicata: Die bucher der quot-
tirungen nach kurz aller rechten, gaislich vnd weltlich.

Explicari hic videas, quid sint Lib. Decretorum, Decretum vetus,
Lib. decretalium, Clementina, Codex, Digestum vetus et infortia-
rum, Authentica, Instituta, et Liber feudorum. Hæc omnia satis ad
captum discentium dilucidata, colophonem Volumini imponunt:
ita ut nihil vel de loco et tempore Scripturæ, vel de Scriptoris nomi-
ne compareat. Immo nec ante Indices hos, in conclusione libri quid-
quam horum apparet; quæ ita habet:

Dise vom widersezen ganczer wet vnd auch von den andern arti-
klen die begriffen seind in diesem gegenwertigen werk zu einer vnder-
weisung der richtern soll genug sein kurzlich gesagt haben.

Nullus dubito, quin Ictus aliquis, vernaculæ suæ, antiquæ præfer-
tium amator, plura ex hoc volumine notatu digna excerpere et in rem

suam vertere possit; quam quidem nobis in hac plagula angustia facere licet. Leuiusculam saltem notitiam quandam ejusdem hic dedisse, aliorumque magnorum virorum vestigia aliquatenus pressisse nobis jam sufficiat, qui superiorum temporum monumenta minime abjicienda vel contemenda, sed in pretio habenda esse existimarunt.

QVINTILIANO enim verba praeunte: *Vetera majestas quaedam, et ut sic dixerim, religio commendat.* L. I. c. 6. et iterum L. XL. 1. *Paucos enim, vel potius vix ullum ex iis, qui vetustatem per tulerunt, existimo posse reperiri, qui iudicium adhibentibus non allaturus sit utilitatis aliquid: cum CICERO ab illis quoque vetustissimis autoribus, ingeniosos quidem, sed arte carentibus, se plurimum fateatur adjutum.* Et tandem post pag. aliquot interjectas: *ENNIVM, sicut sacros vetustate lucos adoremus, in quibus grandia et antiqua robora, jam non tantam habent speciem, quantam religionem* L. c. p. m. 511. Edit. Gryph. A. 1549.

Accedendum jam est ad prolusionis hujus scopum, solennia scilicet publica, quibus, post tentamina consueta, speciminaque solertiae in litteris feliciter versatae, nobis exhibita, *primam in Philosophia et LL. A. A. Lauream*, eximiis et nobilissimis aliquot earundem Cultoribus, antiquo ritu collaturus est, Philosophorum Lipsiensium Ordo. Sunt iidem sequentes:


- FRIDERICVS PLATNER, Lips. I. V. Bacc.
- GEORGIUS GOTTLIEB BOERNER, Lipsiens.
- GOTTHELF AVGVSTVS LECHLA, Megalo-Petscha Mifn.
- HEINRICVS GODOFREDVS MICHAELIS, Leutisch. Mifn.
- HENRICVS GOTTLIEB HENTSCHIVS, Strehla Mifn.
- ANDREAS HENRICVS SCHILDBACH, Io. Georgiopol. Mifn.
- CAROLVS LVDOVICVS BAYER, Lips. Mifn.
- GOTTLIEB BENJAMIN DVRRIVS, Mariemont. Mifn.
- CHRISTIANVS GOTTLIEB REINHOLD, Megalo Walthersdorf. Mifn.
- FRIDERICVS GOTTLIEB HANKIVS, Wratisl. Sil.

Hos igitur Viros juvenes, praestantissimos omnes, operae in studiis cum laude collocatae, praemia reportantes publica, ut proxima Saturni, H. IX. matutina, praesentia sua dignari, actumque promotionis sollempniorem reddere velint, Academiae nostrae Rector Magnificus, Comites illustrissimi, utriusque Reipublicae Proceres, Cives denique generosi atque nobilissimi, id quidem Ordinis nostri nomine, ea qua decet humanitate, rogo. Dabam Dnca. III. Adv. A. MDCCL.

EX OFFICINA BREITKOPFIA.

B. M. II, 2

II R
3434



B.I.G.

Farbkarte #13

AD
 IA ANNIVERSARIA
 QVIBVS
 M PHILOSOPHIAE
 ET L. L. A. A.
 V R E A M
 CEM OPTIMAE SPEI
 D I D A T I S
 AT. D. XIX. DEC. H. IX. MAT.
 CE COLLATVRVS EST
 HORVM LIPS. ORDO
 HVMANISS. INVITAT
 M H. T. EXDECANVS
 TOPH. GOTTSCHED
 QVAEDAM
 QVA VERSIONE THEOTISCA
 T R I T A N C R E D I
 P R A E F A T V S

